cellulas:in quarū prima scribit uxor fratris olim relicta. In scda uxor filij fratris. In tercia uxor nepotis fratris. In quarta uxor pnepotis fratris. In latere sinistro sunt alie quattuor cellule: quarum prima soror. Scda sororis filia. Tercia sororis neptis. Quarta sororis pneptis. Ad dorsum harum sunt alie quattuor. quarū prima vir sororis olim relictus. scda vir filie sororis. tercia vir neptis sororis. quarta vir pneptis sororis. Ponunt etiam alie due cellule: vna a dextro latere. continens relictus relicte fratris. Alia a sinistro. relicta relicti sororis. que fm omnes ponunt ad decorē et ad demonstrandum genera affinitatis. que hodie phibitionem nō habent. Adhuc habes duas lineas reflexas. quarum vna orit in cellula fratris: et terminat in cellula viri sororis. in qua scribit primum genus affinitatis. Item alia linea reflexa. que orit in cellula sororis. et finit in cellula vxoris fratris in qua idem scribitur.


¶ Circa hoc quero. Quare in cellula vxoris fratris ponit olim relicta: quod non ponit in alijs cellulis inferioribus eiusdem linee? Et dic hoc factum fuisse pp ter cellulam que ponit ad dorsum illius. quasi diceret. frater habuit vxorem. et mortuo fratre. vxor ab eo relicta cōtraxit cum alio viro: illa demum mortua. iste relictus a relicta fratris vult cōtrahere cum sorore nunquid potest? Olim non poterat. quia erat sibi in scdo genere et in primo gradu. hodie vo potest. Idem sit repetitum quo ad cellulam viri sororis.

¶ Ad cognoscendum ergo gradus affinitatis et genus: tam ex forma arboris q ex prius dictis. Tolle hanc solā regulā magistralē. Per carnalem copulam viri et mulieris. inter cōsanguineos mulieris et virum. et inter cōsanguineos viri et mulierem: contrahit affinitas primi generis. et eiusdem gradus cuius est consanguineitas. Quare autē in regula dicat: p carnalem copulam viri et mulieris: et non viri et vxoris. Collige ex his que prius dixi in principio. Inter cōsanguineos aūt mulieris et virum. et inter cōsanguineos viri et mulierem: ideo dixi. quia inter virum et mulierem non contrahitur affinitas pprie. sed ipsi sunt affinitatis causa. Item inter consanguineos viri et mulieris: nulla est affinitas. Unde duo fratres cōtrahunt cum duabus sororibus. pater et filius: cum matre et filia. Sed et affinitas inter consanguineos mulieris et ipsum virum. Inter cōsanguineos viri et ipsam mulierem supra. de csang. et affini. q sup his. primi generis quare dixerim. etiam ex superioribus patuit. Et eiusdem gradus cuius est cōsanguineitas. Uide hec in arbore. Nam frater et soror sunt in primo gradu cōsanguineitatis. maritus sororis est fratri in primo gradu affinitatis. et sic

etiam vxor fratris sorori. et sic filia sororis. est filio fratris et ipsi fratri in scdo gradu cōsanguineitatis. maritus eius in scdo gradu affinitatis et econuerso. et sic de reliquis. Unde vir pneptis sororis: attinet fratri et omnibus descendentibus qui sunt in arbore quarto gradu affinitatis. et hoc ideo. quia toto gradu cōsanguineitatis attinet pdictis ipsa pneptis sororis qui sunt in arbore. Ideo dixi. quia si pnepos fratris haberet filium. ille excederet lineam equalitatis. et sic attinet quinto gradu ẜm regulas traditas in arbore cōsanguineitatis. ¶ Additio. Uerum vt minus industriosis possint conuenientius gradus affinitatis assignari. Et psone cum quibus contracta est affinitas pter carnalem copulam viri et mulieris Nota sequentem arborem.

¶ Attamen ne tm̄modo doctis sed et ipsis laicis det᷑ modus facillimus quas mulieres vitare debeant ratione affinitatis. Notentur sequentes riemi.
¶ Heyrat jn kain geschlecht zwir. Nym auch kaine frawen dir. Uor hin auß geschlecht deinem. Hat auch gehabt ainen. Gefatterschafft vnd weltlichs frewndt rechten. Dein geschlecht aygen sol du vermeyden. Zu andern frawen magst du dann frey heyraten.

¶ Expositio vocabulorum Affines significantium.
Socer pater sponsi aut sponse. Socrus mater sponsi aut sponse Gener maritus filie. Nurus vxor filij. Sororius maritus sororis aut consanguinee. Glos vxor fratris aut cōsanguinei.



Agnati et cognati spōsi
Agnate ꝛ cognate spōse
Aba uus
Proa uus
Auus
Pater sponsi
Aba uia
Proa uia
Auia
Mater sponse
filia Neptis Pneptis
Nepos
Amita Soror patruelis Amitina filia Neptis
Matertera Consobrina filia Neptis
Maritus
Vxor
Con iugꝭs
Frater filius Nepos pronep
Soror filia Neptis Pneptis
filius Nepos Pnepos Abnepos
filia Neptis Pneptis Abneptis
superuixerit


¶ Post hoc notandū. q̄ istud p̄cise nō sequit᷑. Ego ⁊ tu sumus affines. ergo et filius quem p̄creo est tibi affinis. nam interdum fili⁹ meus mutat genus attinentie. quia ego sum tibi affinis: ⁊ ipse consanguineus. interdū nil attinet tibi. interdū mutat gradum. interdum nec mutat genus nec gradū. Exemplū. si ego ⁊ tu affines sumus p̄ appositionē mei. q: ego contraxi cum consanguinea tua. si ex dicta cōsanguinea tua filium p̄creo ille est tibi cōsanguineus nō affinis. ⁊ sic mutat genus attinētie. Sed si ego maritus cōsanguinee tue: ex alia muliere filium p̄creo: ille nec est tibi cōsanguineus nec affinis. Si v̄o tu cōsanguineus vxoris mee filium p̄creas. filius ille nō mutat genus attinentie. q: tu pater es mihi affinis ⁊ ipse affinis. Sed si tu ⁊ vxor mea eratis in equali linea vel in inequali. sed tu eras remotior. puta q: tu eras in tercio: ip̄a in sc̄do vel primo: tunc ip̄e filius mutat gradum. quia tu pater es mihi in tercio gradu affinitatis. ⁊ ipse in quarto. Si v̄o tu ⁊ vxor mea eratis cōsanguinei in linea inequali. sed vxor erat remotior. vt q: in tercio gradu. ⁊ tu in sc̄do: tunc filius tuus nec mutat genus nec gradum quia tu mihi affinis ⁊ ipse affinis. tu in tercio ⁊ ipse in tercio gradu ¶ Item nota. q̄ illud etiam nō sequit᷑. Ego ⁊ tu sumus affines: et ego nō possum accipere filiam tuam: ergo nec tu meam: q: si haberem cōsanguineam tuam in vxorē: tu bene posses cōtrahere cum filia mea quam habui ex alia muliere. quia affinitas nō contrahit᷑ inter cōsanguineos viri ⁊ cōsanguineos mulieris. sed inter virum ⁊ cōsanguineos mulieris. ⁊ inter mulierem ⁊ cōsanguineos viri. vt dixi supra. ⁊ p̄batur de consang. ⁊ affi. q̄ sup̄ his. Sed ego non possem cōtrahere cum filia tua: nisi forsan illa excederet quartum gradum. vt q: esset in quinto. ⁊ est simile s̄m quod dixi supra in p̄ximo arbore circa finem. ¶ Nunc querit᷑. An affinitas inter ascendentes ⁊ descēdentes habeat p̄petuam p̄hibitionem. an extendat᷑ tm̄ vsq̄ ad quartū gradum. Et si teneremus opinionem Hoff. de qua dixi in arbore p̄xima supra circa medium. diceremus q̄ vsq̄ ad quartū gradum tm̄. Sed tenendo cōtrariam opinionem. diceremus q̄ p̄hibitio sit p̄petua. dicit em̄ textus. q̄ ita abstinere debemus a consanguineis vxoris sicut a p̄prijs. supra de cōsang. ⁊ affi. c. j. xxxv. q. iij. de p̄pinquis. ⁊. c. equaliter. ⁊. c. nullus. Si ergo inter cōsanguineos ascēdentes ⁊ descēdētes p̄hibitio extendit᷑ in infinitū. ergo inter affines. Ad idem insti. de nupt. § affinitatis. Et dicit lex. q̄ tales affines ascendentes ⁊ descendentes habent᷑ loco parentū ⁊ liberorū. ff. de gra. l. nō facile. § ⁊ retro in fi. Eodē mō formari posset questio de affinibus. quorū vnus est in primo gradu.

alter in quinto sicut in cõsanguineis dixi supra in prima arbore in fine. An aūt liceat diuersis temporibus in vxores duas cognatas habere: scz vxores duorū fratrum: et an cõiuncti olim in gradu p̄hibitio hodie p̄misso: simul remanere possunt? De hoc vide quod notat̄ supra de ꝯsang. et affini. c. nõ debet. Ultimo querit̄ ad vtrãq; arborē. an p̄hibitio ꝯsanguineorū vel affiniū cõiungendorū p̄cedat ex p̄hibitiõe diuina vel humana. et quare facta fuerit hec p̄hibitio? Breuiter scias. q͡ olim p̄pter necessitatē frater necessario habuit cum sorore cõtrahere. et cõsanguinei cum ꝯsanguineis. vnde tunc in collateralibus nõ erat p̄hibitio. hoc fuit a principio generis humani in filijs et nepotibus Ade. Hoc etiā fuit post diluuiū in nepotibꝰ Noe. In leuitico vero sparsim videlicet. xviij. xx. xxvij. caplis p̄hibite fuerunt. xij. p̄sone. quas vide circa notata. de resti. spo. litteras. et de diuor. c. gaudemus. ¶ Demū ius positiuū canonicum p̄hibuit ꝯsanguineos et affines primi generis cõiungi in septimo gradu et citeriori: que p̄hibitio postea vsq; ad quartū gradum est restricta. supra. e. ti. nõ debet. Reuocatis etiā quibusdam alijs p̄hibitionibus. vt ibi patet. Reuocatio vero fuit ex causa que ibi ponit̄. et supra de testi. c. licet ex quadam. p̄ qđ patet. q͡ p̄hibitio partim procedit ex iure diuino. et partim ex positiuo. vnde in scđo gradu equalis linee collaterales cõtrahere possunt iure diuino: s̄ nõ positiuo. Ratio vero p̄hibitiõis sumit̄ ex. xxxv. q. j. § j. c. j. fuit em̄ p̄pter charitatē ampliandā. nam si cõtraherē cum sorore: idē esset pater et socer. mater socrus. vir et frater etc̄. Sed si aliū habeo patrem. aliū socerū. numerosius charitas se p̄tēdit. In qua vniuersi fideles et p̄sertim studentes cõtiuuo p̄seuerent: p̄ gratiam eius qui est benedictus in secula seculorum Amen.

Explicit lectura sup̄ Arboribus ꝯsanguineitatis et affini. Jo. an.

Sequuntur Enigmata.

¶ Additio. Sequunt enigmata. Nam ptheus et Marcolfus habentes apud se duos pueros a quodã ptranseunte interrogabãt Cuius sunt hi duo pueri? At illi dixerũt. Hi sũt filij nostri filij vxorum nostrarũ filij Glociũ nostrarũ et sunt inter se consobrini ẜm legem dei. vulgariter. Das sein vnsere kindt vnser geschweihen jr můter sindt. Si sein geporen auẜ zwaien schwestern das alles pilichen ist geschehen. Nam ptheus et Marcolfus fratres cõtraxerunt cum duabus sororibus. Sic q ptheus cum Coca. Marcolfus cum lelia. Et quidã ptheus genuit ex Coca Juliũ. Sed marcolfus ex Lelia Tropũ. De quibus duobus pueris facta est questio premissa.



¶ Aliud Enigma. Quidam rusticus nomine Quirinus ludebat cum quodam puero nomine Quintino. Interrogatus aũt a quodam cui Quintinus attineret. Quirinus rñdit. Hic est filius meꝰ ꝛ filius socrui filij mei frater nurui mee ꝛ filij mei ꝫm legẽ dei. Ratio istius fuit. Nam Quirinus pater et filius eius leocippus ꝯtraxerũt cum matre ꝛ filia. Quintinus aũt genitus est ex matre Tabita cuius coniunx fuit Quirinus. vulgariter dicit Quirinus.

Des knaben ich vater pin. Sein můter meines suns schwiger ist.
Mein schnuer ist sein schwester. Und söllichs alles recht zu get.

Quirinus — pater et filius — Leocippus
Soror Nurus — Con iuges — Con iuges — Socrus Gener
Leodia — filia et mater — Tabita
Soror — Mater
Quintinus filius

¶ Tercium enigma. Sedebant due mulieres simul quarum vna dicebatur Zephora: alia Phua. Et habebant in gremijs suis duos pueros. videlicet Petrinũ ꝛ Paulinũ. Aliqui aũt p̄tereuntes querebant cui illi pueri attinerent. Quibus matres respondebãt. Hi sunt filij nostri ꝛ filij maritorũ nostrorũ. Filij duarũ socruum: ꝛ filij duarum nurium. Filij filiorũ nostrorũ. Fratres virorum nostrorũ. Et quilibet est alterius patruus ꝛ nepos: ꝛ tñ ex legittimis sũt ꝓgeniti thoris. vulgariter dicit matribus. Sagt an jr frawen vnuerzait. Wes sein dye knaben gemaydt. Responsio. Soll wir

der frag nit sein vertragen. Unser sein dye knaben. Sye sein kindt unser mannen. Geporen auß zwayen schwigern. Zwayer schnür sein sye kindt. Geporen auß vnnsern sun. Unnser mañ sein jr prueder. Ainer ist des anndern vetter. Wilst du prueder kindt enicklen nennen. Auch jn dem selbigen geschlecht sol du sye erkennen. Welichs doch kumbt von rechter heyrat. Got rat wie es zu gat.
¶ Casus fuit talis. Mulier nomine Ticia habuit filium nomine Proculum. Fuitq ei quedam vicina nomine Lya habens filium nomine Ruben. Dixit aũt Ticia ad Lyam. Da mihi filium tuum Ruben in maritum. Et ego dabo tibi filiũ meũ Proculũ in virum. Et factum est. Genuit ergo Proculus ex Lya filium nomine Petrinum. Et ruben genuit ex Ticia filium noie Paulinum.




Sequitur Arbor cognationis spiritualis.

Arbor cognatiōis spūalis

Suscipiens
Baptisans
Confirmās

Filii
Suscipientis
Baptisantis
Confirmātis

Uxor
Prius cognita
Suscipientis
Baptisantis
Confirmātis

Nullū impedimentū

Impedimentum

Nullū impe dimentum

Nullū impe dimentum

Impedimentum primum

Impedimentum secundum

Impedimentum tercium

Impedimentū quartum

Impedimentum quintum

Fres sorores
Suscepti
Baptisati
Confirmati

Parentes
Suscepti
Baptisati
Confirmati

Susceptus
Baptisatus
Confirmatus


Circa lecturam Arboris Cognationis spiritualis iuxta modū ⁊ formā traditionis egregij doctoris Johannis Andree in sua lectura arboris consanguineitatis ⁊ affinitatis conformiter ꝓcedendo. Primo videndū est quid sit cognatio spiritualis. Scdo quottuplex sit. aut quot eius species seu gradus. Tercio vnde ⁊ qualiter contrahat᷑. Quarto quis sit cuiuslibet speciei effectus. Deinde arbor formabitur. Postea ponent᷑ notabilia aliqua: ⁊ quedā questiones. Et in fine dabit᷑ breuis regula ad faciliter inueniendā omnē spiritualē cognationē: sine librorū ⁊ arboris inspectione. ¶ Quo ad primū dico ꝙ cognatio spiritualis est attinētia seu ꝓximitas ꝓueniens ex sacramēti datione: vel ad id tentione. Sic describit Joh. an. in breui summa sup quarto decretaliū. similiter ⁊ plures alij doctores ita describūt. ¶ Ad scdm dico. ꝙ tres sunt ipsius species seu gradus eius. Prima dicit᷑ compaternitas: que attendit᷑ inter spiritualem patrem pueri: ⁊ carnalem patrē. Scda dicit᷑ paternitas: que attēditur inter baptisantē ⁊ baptisatum: siue inter illum qui suscipit ⁊ eum qui suscipit᷑: siue sit masculus vel femina. Tercia dicit᷑ fraternitas: que attendit᷑ inter filium tuū spiritualem: ⁊ filios tuos carnales. Et ad has tres species: omnes spūales ꝓpinquitates reducunt᷑. Ad terciū dic. ꝙ contrahit᷑ cognatio spūalis in tribus duntaxat sacramētis: cathecismo scꝫ baptismo ⁊ confirmatione. Et licet cathecismus ꝑ se nō sit vnum de septem sacramētis: tñ ad propositum sub baptismo cōtinet᷑: qui em̄ cathecismū recipit ꝓperat ad baptismū. Sed ratio quare in baptismo ⁊ cōfirmatione ⁊ non in alijs sacramētis contrahit᷑ cognatio spiritualis est. qꝛ in baptismo renascit᷑. ⁊ confirmatio in fronte illum cōfirmat. de conse. dis. v. c. j. ⁊. ij. qđ nō est in alijs sacramētis. Ex p̄missis itaqꝫ patet: qualiter spiritualis cognatio contrahat᷑. scꝫ baptisando: aut cōfirmādo: suscipiendo siue leuando: qđ idem est atqꝫ tenendo. ¶ Sed sciendum ſm Hosti. ⁊ Ray. in summa sua eo. ti. § ij. ꝙ duplex est seu dupliciter contrahit᷑ cognatio spūalis. directe scꝫ et indirecte siue oblique. Directa est. vt si ego suscipiam filiū tuū vel tu meū. Obliqua siue indirecta seu emergens est: vt si alter coniugū matrimonio cōsumato: leuet puerū de sacro fonte: vel teneat ad ꝯfirmationem: vbi ambo cōiuges erunt ꝯpatres parentibus infantis eo. ti. martinus. Ille aūt indirecte qui nō suscipit sed ꝑ obliquum mediante scꝫ eius coniuge qui directe suscipit cōtrahit. Quoniā coniuges cōmunicāt sibi actiones. vt. xxx. q. iiij. c. j. ⁊. c. si quis vnus. Si

aũt filius alterius coniugis tm̃ leuat᷑ de sacro fonte: nõ ꝑpter hoc alter cuius nõ erat filius fit compater leuantis. vñ⁹. Ambos compatres facit actio: passio nunq̃. Dictum aũt est supra notãter: matrimonio cõsumato. qm̃ si post cõpaternitatẽ tecum cõtractã contraxi cum vxore. vel post matrimoniũ cõtractum cum vxore anteq̃ tamen matrimoniũ cõsumaui tecum cõpaternitatem contraxi. talis vxor non efficit᷑ commater tecũ. Ratio: q꞉ p vnionem carnis sequentem nõ transit᷑ ad vnionem spũs p̃cedentem. xxx. q. iiij. post vxoris obitũ. et de hoc in dicto. c. martinus. ¶ Ad quartũ dic. Qꝫ effectus cuiuslibet speciei cognationis spiritualis contracte in cathecismo qui baptismum p̃cedit est: ꝙ impedit matrimoniũ cõtrahendum. sed nõ dirimit post cõtractum. vt legit᷑ ⁊ notat᷑ eo. ti. con tracto. licet bene ibidem. et in. c. veniẽs. dicat ꝙ dirimat ⁊ male. q꞉ sic hodie determinatum est. eo. ti. c. ij. li. vj. Effectus aũt cuiuslibet speciei spiritualis cognationis contracte in baptismo ⁊ confirmatione est impedire matrimoniũ contrahendum ⁊ dirimere post cõtractum. xxx. q. j. si quis filiastrũ. ⁊ eo. ti. c. j. ⁊ li. vj. Et hoc est impedimẽtum ꝑpetuum. Durat em̃ inter quascunq̃ ꝑsonas in quibus fuerit cõtractum. etiam mortua ea persona ꝑ quam seu qua mediante fuit cõtractum. Quare aũt secus in cathecismo ⁊ secus in baptismo ⁊ confirmatione. vide eo. ti. c. ij. ⁊. iij. li. vj. ꝑ Joh. an. ¶ Format᷑ aũt arbor sic. Superius quattuor: inferius due cellule ponant᷑: trahãt᷑ quinq̃ linee. Tres scꝫ a cellulis a b c. ad d cellulã f. due vo a cellulis a b c. ad cellulas d e. ⁊ scribat᷑ tam in cellulis q̃ inter eas atq̃ supra ipsas lineas: sicut ad oculũ videtur in ipsa arbore ostensa. que hoc loco poterit iuxta textum vel in margine poni. que quidem arbor tam clara est atq̃ tam facilis formationis ꝙ non est opus latius hic de eius formatione dicere.





¶ Nunc transeo ad notabilia. ¶ Notando primo, ꝙ in cognatõe spirituali etiã actiue cõtrahenda: nõ est differẽtia in sexu, vt habes c. veniẽs. e. ti. ¶ Scḋo sciendũ circa lineã in qua ponunt᷑ cõiuges. q᷑ ad hoc ꝙ cõiuges cõicent sibi actões requirit᷑ coniugiũ siue matrimoniũ fore carnali copula prius cõsumatũ ante cõtractã cõpaternitatẽ, put etiã dictũ est supra in responsione ad terciũ. q᷑ ꝑ vnionem carnis sequentẽ ⁊c̄. vt ibidem. ¶ Tercio notandũ. ꝙ non solum filio legittimo nõ põt copulari filia spiritualis. sed neq̄ illegittimo. e, ti. c. fi. Filio aũt adoptiuo spiritualis filia legittima copu-

latur. vt no. Inno. et Jo. an. sup rubrica eo. ti. ꝛ Joh. xxx. q. iij. in summa. ¶ Utrum aūt ex ꝯcubina acquirat hec spiritualis cognatio. glosa scda. e. ti. c. j. li. vj. videt velle ꝙ sic. Sed archidyaconus cōtrariū ibi plene notat: ꝛ hoc verius videt. Nam cōtingere posset ꝙ vna publica meretrix efficeret mater spiritualis vnius totiꝰ cōmunitatis. ¶ Ultimo ꝛ quarto notandū. ꝙ exemplū supra positum de patre vel matre suscipiēte aut leuante. sil'i modo potest ꝛ debet poni. ꝛ intellige de baptisante ꝛ cōfirmāte quo ad baptisatū et cōfirmatū ꝛ filios suos naturales si quos habet. eo. ti. c. j. li. vj. ¶ Nunc restant alique questiones. Et querit primo. Utrum filij duorū cōpatrū possunt adinuicē contrahere siue copulari matrimonialiter. Respondet. Si p eos aut eorū alterū parentes ad cōpaternitatē venerunt: nullo modo possunt contrahere. immo qñcunqꝫ agit de illa psona p quā ad cōpaternitatē talē puenit: semp matrimoniū est dirimendū. Sed hi p quorū neutrū est deuentum ad cōpaternitatē possunt de iure cōmuni cōtrahere. posset tñ certa ꝛ specialis consuetudo loci: dyocesis seu ecclesie metropolitane obstare. que si nō seruaret scandalū generaret. Si igit talis cōsuetudo sit. tunc certe seruāda est: siue sit in cōtrahēdo siue separādo. e. ti. c. j. ꝛ. c. sup eo. ¶ Scdo querit. Utrum quis duas cōmatres successiue possit habere in vxores? Respondet ꝙ sic. si cōmaternitas matrimoniū pcessit. Et pꝫ exēplariter in sequēti figura. Nam katherina vt virgo leuauit barbare filiū noie Esam ex baptismo. Petrus aūt duxit katherinā in vxorē: ꝛ anteqꝫ traduceret eā mortua est in virginitate. Et qꝛ barbara vidua erat licuit ei ducere barbarā. Nunqꝫ em̄ fuerat ꝯpater sil' cū ipa katherina ipsiꝰ barbare.



Si aūt ipsa cōmaternitas sequit matrimoniū cōsummatū. dicendum tunc est. Si alia mulier filiū vxoris tue quē de alio viro susceperat leuauerit de baptismo: ista est cōmater vxoris tue. tibi autē nō est cōmater. q2 cōiuges nō cōmunicant sibi passiones. vñ post mortē vxoris tue tu illam eius cōmatrem etiā poteris habere vxorem. De hoc Ray. 7 Hosti. e. ti. §. fi. in prin. ¶ Exēpli gratia. Barbara leuauit Katherine vxori petri filium petrinū ex sacro fonte. Mortuo autē Petro Katherina desponsat Paulo. Tandē etiā defuncta Katherina paulus licite recipit in vxorē Barbarā cōmatrem vxoris sue prioris: que tñ cōmaternitas subsecuta est matrimoniū vtriusq3 tam Katherine q3 Barbare. Nam 7 Barbara in matrimonio fuerat.




¶ Et nota. q cognatio spiritualis tm̄modo orit in duobus sacramentis. videlicet baptismo et cōfirmatione. Cuius ratio est. quia sicut est duplex generatio carnalis vna in vtero alia ex vtero. Ita duplex est generatio spiritualis vna in baptismo vbi homo nascit q̄si in vtero ecclesie. Alia in cōfirmatiōe vbi hō q̄si ex vtero nascit. Nam recipit gratiā nō tm̄modo ad esse spūale: sed q̄ ad robur cōfitendi christū publice. Et q2 in generatiōe carnali homo debet habere parētes: ideo in generatiōe spirituali debet habere patrinos. Ex his patet. q filij carnales sacerdotis nō possunt contrahere cū aliqua earum quas pater baptisauit. vt habet a docto. de cogna-

tione spirituali lib. vj. Iterum patet. q quis confessor dicatur pater spiritualis ratione doctrine. Non tamen est pater spiritualis generationis. Unde nulla cognatio spiritualis contrahitur inter ipsum et confessum. Nunc vltimo danda est regula vnica ad omnes species spiritualis cognationis faciliter inueniendas. Et primo scias. q licet doctores in ista materia cōmuniter viginti casus ponant. tamen volo hos omnes ad quinqꝫ redigere. et sub vnica regula quinqꝫ membri omnes viginti sufficienter cōphendere. Saluo tamen intellectu mox infra dicendo: vt res eo facilior et breuior fiat. Sit igitur talis regula. Inter leuantem et leuatum. Inter cōiugem leuantis (intellige prius carnaliter cognitum vel cognitam) et leuatum. Inter pueros leuantis et leuatum. Inter leuantem et parentes leuati. Inter coniugem leuantis (intellige prius carnaliter cognitum vel cognitam) et parentes leuati contrahitur cognatio spiritualis. Et ꝓ pleno intellectu regule hoc solū aduerte. q sicut dictum est de leuante et leuato: ita omnimodo similiter intelligere debes de baptisante et baptisato. cōfirmante et confirmato. ac tenente ad confirmationem et tento.

¶ Sequitur Arbor Cognationis Legalis.

## Arbor cognationis legalis seq' hac sub figura

prohibitio temporalis Sz perpetua durãte adoptione

Sz ꝑpetua durãte adoptione

ꝓhib° tp̃alis

Phibitio ꝑpetua

filius natalis

Filius Arrogãtus Adoptatus

Arrogãs Adoptãs

Uxor Arrogãtis Adoptãtis


filia Arrogãta Adoptatam

filia Natalis

ꝑpetua phibi°

Uxor Arrogati Adoptati

## Arbor etiã h9 cognatõis sic ab aliquib9 format



CIrca Arborem cognationis Legalis decus materia (cum sit mere legalis) in corpore canonum modicum tractetur. Ad simplicium tamen aliqualem instructionē vestigia egregij doctoris Joh. an. In lectura consang. τ affini. possetenus insequēdo. ¶ Primo queritur quid sit cognatio legalis. Scdo quot eius species immediate. Tercio qui sint eius gradus. Quarto qualiter contrahatur. Quinto quis sit eius effectus. Sexto de arboris formatione adiungendo certa notabilia cum aliquibus questionibus. ¶ Ad primū dic q cognatio legalis est quedam pximitas ex adoptione pueniens ſm Ray. Goff. τ Hosti. in eorum summis eo. ti. Adoptio aūt est extranee psone in filium vel nepotem siue deinceps legittima assumptio qua scʒ p adoptionē qui filius nō est p filio habetur. Et sic idē est cognatio legalis τ adoptio. ¶ Ad scdm dic. q sint due species eius. vna que stat in suo nomine τ dicitur adoptio. Alia que in aliud transit nomen τ dicitur arrogatio. Et differūt ille due species sic. Nam adoptatur ille qui in potestate est sui patris: τ ideo nō transit in potestatem adoptantis. Arrogatur aūt ille qui sui iuris est. id est qui nō habet patrem: vel si habet patrem est tn̄ ab illo emancipatus τ transit in potestatē arrogantis. ff. de adop. l. ij. τ. l. Si pater. vn̄. Arrogo qui suus est τ meus erit necesse. Patris adopto suū nec patris desinit esse. ¶ Ad terciū dic. q tres sunt gradus adoptionis siue legalis cognatiōis que subspecies dici possunt. ¶ Primus gradus siue prima species est superiorū τ inferiorū. videlicet ascēdentium et descendentiū que attenditur inter patrem adoptantem τ filiū vel filiam: nepotem vel neptim: adoptatum vel adoptatam. ¶ Scds gradus siue scda species est collateraliū ex latere venientiū que attenditur inter filium siue filiā meam naturalem: τ filium vel filiam: adoptiuum vel adoptiuam. ¶ Tercius gradus est etiā qdammodo descendentium: τ attenditur inter me τ vxorem filij mei adoptiui Similiter inter filiū meū adoptiuū τ vxorem meā. Et hec subspecies est quasi legalis affinitas. ¶ Ad quartū videlicet qualiter cōtrahatur legalis cognatio. dic q arrogatio auctate principis tm̄: et nō inferioris . vt patet de aptionibus. l. ij. Et insti. e. ti. in prin. vt q arrogat interrogetur. An velit eum quē adopturus est suū filiū esse Et is qui adoptatur interrogetur: an id fieri patiatur. Et fieri debet hec arrogatio cum cognatōne cause τ principe auctoritatē dante. l. ij. Et notatur insti. eo. ti. in prin. Adoptio vo put est species ɔtrahitur cum illo qui sui iuris nō est. Et potest fieri imperio magistratus si

ue cuiuslibet ordinarij iudicis vel defensoris ciuitatis: aut etiã nõ ordinarij iurisdictionẽ tñ habentis iure saltem feudorũ. vt notat insti.eo.ti.in prin. Ex quibus patet. Quod tam arrogatio q̃ adoptio cum certis solennitatibus contrahitur. Non ergo locum habent si quis in domo cõuocatis vicinis puellam reciperet in filiã. ¶ Ad quintum quis sit eius effectus dicendũ est. q in primo gradu siue subspecie omni tpe et indistincte phibetur matrimonium: qm̃ pater adoptator nõ potest contrahere cum filia adoptiua vel nepte. vt patz. xxx. q. iij. c. Ita diligere. Sed in scdo gradu siue subspecie impedit matrimoniũ q̃diu sint in eius patris potestate. ea vero soluta eos contrahere nõ impedit. vt eo. ti. c. vnico. et. xxx. q. iij. Ita diligere. et. c. post susceptũ. In tercio vero gradu siue subspecie que quasi legalis affinitas est iterum omni tpe et indistincte phibetur matrimoniũ: qm̃ pater adoptator nunq̃ potest cõtrahere cum illa que fuit vxor filij sui adoptiui etiam post emãcipationem. vt. ff. de ritu nup. l. non adoptiua. Insti. de nup. § j. ij. iij. Similiter filius adoptiuus post mortem patris adoptantis nõ potest contrahere cum illa que fuit vxor adoptantis. vt in dicta. l. Nam adoptiuus. ¶ Ad sextum dic. q formanda est arbor sicut in figura precedenti vides. ¶ Ad septimum nota. q in arrogatione requirit verbum expressiuum vtriusq̃ scz tam arrogantis q̃ arrogati: secus est in adoptiõe. ¶ Item nota. q aliquo arrogato statim ipse et res sue et liberi qui erunt in potestate sua subijciũtur alterius potestati. vt. ff. eo. ti. l. Si pater. ¶ Item notandum. q sunt aliqua specialia in arrogatione impuberũ. De hoc vide Hosti. plene. e. ti. § ij. et iij. in summa. ¶ Hic querit primo. An filius adoptiuus possit contrahere cũ filia illegittima patris adoptiui. Respondet scdm Guil. Credo q sic. Et q filius illegittimus possit cõtrahere cum filia adoptiua. notat Hugo. q. iij. in prin. Nam illegittimus filius vel filia nõ est in potestate patris. et concordat Inno. et Hosti. ¶ Scdo queritur quid si adoptiuus durante adoptione contrahat cum filia legittima nunquid diuorciabitur id est dissoluet matrimoniũ? Respondetur scdm Wilhel. q non. Sed verius dicendum vt Hugo notat q dissoluetur. extra eo. ti. c. Quõ. ¶ Queritur tercio. An due psone ab eodem adoptate possint contrahere inter se. Respõdet scdm Wilhel. q possunt cum nusq̃ inueniatur prohibitum. Sicut etiam filius et filia spiritualis alicuius contrahere possunt. Similiter filia spiritualis cũ adoptiuo filio. In hoc concordant Berñ. et Hugo.

Finiunt tractatus magiſtri Johannis Andree suꝑ Arboribus Conſanguineitatis ⁊ Affinitatis adiunctis certis additionibus Figuris ⁊ Enigmatibus ꝓ planiori eruditione incipientiū. Similiter tractatus Cognatōis ſpiritualis ⁊ Legalis cum Arboribus ⁊ Figuris eorundē. Nuremberge ꝑ Hieronymum Hoͤltzel. Anno dñi Milleſimoquingenteſimoquinto. xviij. menſis Junij. Maximiliano inuictiſſimo Auguſto orbi leges ponente impreſſe.